



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

104. Parabola operariorum ad vineam excolendam co[n]ductorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

C A P. 104. Parabola operariorum ad vineam excolendam con-  
ductorum. Matth. 20. \* 103.

S. Mattheus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

Simile est regnū calorū homini patrifamiliās, qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Cōuētionē autē factā cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineā suā. Et egressus circa horā tertiā, vidit alios stātes in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos in vineā; & quā iustū fuerit, dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterū autē exiit circa sextā & nonā horā; & fecit similiter. Circa vndecimā verò exiit, & inuenit alios stātes, & dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Dicūt ei, Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineā. Cū sero autē factū esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiens à nouissimis vq; ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horā venerāt, acceperūt singulos denarios. Veniētes autē et primi, arbitrati sunt quōd plus essent accepturi: acceperūt autē & ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduersus patrem familiās, dicētes, Hi nouissimi vna hora fecerūt: et pares illos nobis fecisti qui portauimus pōdus diei & æstus. At ille respōdens, vni eorum dixit, Amice, nō facio tibi iniuriā: nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuū est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo, tacere? an oculus tuus nequā est quia ego bonus sum? Sic erūt nouissimi & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati pauci verò electi. \* 107.

Cap.